

XXIII

nifeste pronunciat. Et bene initium sapientie timor domini. quia tunc primū deus anime sapit: cū eam afficit ad timendum. non cū instruit ad sciendum. Times dei iustitiam. times potentia. et sapit tibi iustitiam. et potens deus. quia timor sapoz est. Porro sapoz sapientem facit. sicut scientia scientem. sicut diuitie diuitem. Quid ergo hoc locus? **A**dm preparat ad sapientia. **P**reparatio rerū cognitio est. Verum hanc facillime sequitur elationis tumor. si non reprimatur timor. ut merito dicatur initium sapientie timor dñi qui se pesti insipientie primus opponit. **I**bi itaqz quidam accessus est ad sapientiam. hic et ingressus. Porro nec hic nec ibi speculanti perfecta est quies. quia illic deus apparet tanqz sollicitus: hic tanqz turbatus. Non ergo cubiculus querieris in his locis. quoz alter auditorium quasi docentis. alter pretorium iudicis magis apparet. Sed est locus vbi vere quiescens et quietus cernitur deus. locus omnino nō iudicis: non magistris. s. spon si. et qui mihi quidē (nam de alijs nescio). plane cubiculum sit. si quando in illū cōtigerit introduci. Sed heu rara hora: et parua mora. **C**lara tibi agnoscitur misericordia domini ab eterno et vsqz in eternū super timentes eum. Et felix qui dicere potest. Particeps ego sum omnium timentium te et custodientium mandata tua. **S**tat ppositum dei. stat sententia pacis super timentes eum. ipsorum et dissimulans mala et remunerans bona. ut miro modo eis nō modo bona. sed et mala cooperentur in bonum. **S**olus vere beatus cui non imputabit dominus peccatū. nam qui nō habuerit peccatum: nemo. **O**mnes enim peccauerunt. et omnes egent gloria dei. **Q**uis accusabit tñ aduersus electos dei? **S**ufficit mihi ad omnē iusticiam solū habere propiciū cui soli peccavi. **O**mne qd mihi ipse non imputare decreuerit: sic est quasi non fuerit. **N**on peccare: dei iusticia est hominis iusticia indulgentia dei. **V**idi hec et intellexi illius sententie veritate. omnis qui natus est ex deo: non peccat. quia generatio celestis seruat eū. **G**eneratio celestis eterna predestinatio est. qua electos suos deus dilexit et gratificauit in dilecto filio suo ante mundi constitutionem. sic in

sancto apparentes sibi. ut viderent virtutem suam et gloriā suā. quo eius foret confortes hereditatis. cui et apparent confortes imagines. **H**os ergo aduertit quasi si nunqz peccasse. quoniam et si qua deliquisse videntur in tempe. non apparent in eternitate. quia charitas patris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum. et dixit beatorum quozū remisse sunt iniquitates. et quozū tecta sunt peccata. cum subito tanta mihi quoqz de me suborta fiducia et infusa leticia est quantus certe in loco horrois. id est. in loco secunde visionis iaz precesserat timor. ita ut mihi visus sum tanqz vnus ex illis beatis esse. **S**i durasset. **I**terum iterumqz visita me dñe in salutarium tuo. ad videndum in bonitate electorum tuorum. ad letandum in leticia gentis tue. **V**ere quietus locus. et quem nō immerito cubiculi appellatōne censuerim. in quo deus non quasi turbatus ira. nec velut dissentus cura prospicitur. sed probat voluntas eius in eo bona et beneplacens et perfecta. **V**isio ista non terret. sed mulcet. inquietā curiositate non excitat sed sedat. nec fatigat sensus sed tranquillat. **H**ic vere quiescit. **T**ranquillus deus tranquillat omnia. et quietum aspicere. quiescere est. **T**ernere regem post diurnas forensium quasi litel causarum. dimissis a se turbis. curaz molestias declinante. petente de nocte diuersorium. cubiculum introeuntē cum patris. quos hoc secreto et hac familiaritate dignatur (eo certe securius quo secretius) quiescentem. eo serenius se habentes. quo placidius solos intuentem quos diligit. **I**n hoc archanum et in hoc sanctuarium dei. si quem forte vestriū aliqua hora sic rapit sic abscondi contigerit. ut nime auocet aut perturbet. vel sensus egens. vel cura pungens. vel culpa mordens. vel ea certe que difficiliter amouentur irruentia imaginum corporearum fantasmata. poterit quidem hic cum ad nos redierit gloriari et dicere. **I**ntroducit me rex in cubiculum suum. quod tamen an ipsum sit d quo exultat sponsa non temere affirmauerim. **E**st tamen cubiculum: et cubiculum regis. **Q**uia nimirum de tribus quos triplici assignauimus visioni. sol factus est in pace loc⁹ iste. **U**t eni apte monstrat